

# **Index Operarvm, In Academia Christian-Albertina Proximo Semestri Spatio absolutarum, & hoc hyberno tempore vsque ad festum diem Paschatos MDCCXXVI impendendarum**

---

## **Terms and Conditions / Publikationserlaubnis**

Die Erlaubnis zur Einsicht in die handschriftlichen Materialien schließt nicht die Erlaubnis zu deren Veröffentlichung ein. Diese bedarf der Zustimmung der Bibliothek. Bei jeder beabsichtigten Veröffentlichung oder bildliche Wiedergabe in gedruckten wie auch elektronischen Medien wird der Benutzer nachdrücklich gebeten, das Vorhaben jeweils vorher schriftlich mitzuteilen. Dies gilt auch für jede kommerzielle Verwendung. Für die Wahrung aller an einzelnen Objekten etwa bestehenden Urheber- und Persönlichkeitsrechte trägt der Benutzer selbst die Verantwortung. Die Handschriften, Autographen und Nachlässe sind mit ihren vollständigen Signaturen und der Besitzangabe „Universitätsbibliothek Kiel“ zu zitieren.

Bei Nutzung unserer alten Drucke für eine gedruckte oder elektronische Publikation ist die „Universitätsbibliothek Kiel“ als Besitzerin der im Internet abgebildeten Objekte zu benennen.

Wir bitten Sie, bei Nutzung unserer digitalisierten Bestände für Publikationszwecke ein Exemplar der Veröffentlichung als Beleg an die Bibliothek abzugeben.

## **Terms of use for the Digital Collections**

Kiel University Library offers its Digital Collections free of charge for non-commercial research and teaching purposes.

### **Publication regulations**

Please note that the permission to consult materials of our manuscript collection does not include the permission to publish them. Any publication requires Kiel University Library's consent. In case you would like to publish any of our materials we strongly ask you to notify us in advance (written form required). This holds true for both textual and visual reproductions in printed as well as electronic documents. The policy applies to all kinds of purposes, especially any commercial purposes you might pursue. It is the recipient's obligation to maintain any copyrights and personal rights that might exist. All reproductions of our manuscripts, autographs and literary estates have to be cited with their entire call number and the credit line "Kiel University Library".


When using parts of our digitized old and rare books for a publication (whether in printed or electronic form) it is compulsory that „Kiel University Library“ is cited as the copyright holder of the objects displayed on our website. In this case we kindly ask you to submit us a voucher copy of your publication.

### **Contact:**

Universitätsbibliothek Kiel  
Leibnizstr. 9

24118 Kiel  
Germany  
Email: auskunft@ub.uni-kiel.de

---



58

Archiv

IV 272-2

Fich 591-2


Arch 591-2

Indices lectionum

Kilonensiuum

1714 / 15-50

Bd. II



1.942

678


estanc collectionem  
indicem operarum academicarum  
ab a. 1714. usque ad a. 1738. Mich.,  
quo sibi concordata fuit  
bibliotheca academicæ  
cura,  
operose factum  
eidem donavit  
inque continuavit  
M. Dr. Christoph. Stennings  
Phys. ac metaph. P. P. O. & biblioth. acc. pp.

1721 Aug 1721 Sun 10 AM

1721 Sun 10 AM

Frisi Hafn  
1721

1721 Aug  
1721 Sun 10 AM  
1721 Sun 10 AM  
1721 Sun 10 AM



22

INDEX  
OPERARVM,  
*IN ACADEMIA*  
CHRISTIAN-ALBERTINA

PROXIMO SEMESTRI SPATIO

absolutarum,

&

hoc hyberno tempore vsque ad festum  
diem Paschatos CIC 15CC XXVI.

impendarum.

---

KILIAE,  
LITTERIS IOANNIS CHRISTOPHORI REVHERI,  
ACAD. TYPogr.

INDEX  
OPERA  
IAKOVO  
CHRISTIAN-  
LAEGERI  
TOMO I  
SEMESTRI SEPTENTRIONALIS  
SPLORHES

»

HOC PAPERIO LEMBOLO ASDAED FELIUS  
GICM PAPEROS CIS IDCE XXXI  
MAGISTER.

---

XVII  
LITTERA IOANNIS CHRISTIANI REVENTZI  
ACTA TIT.

M 25



## EX ORDINE THEOLOGICO.

**D.** HENRICVS MVHLIVS, Theologus in Ecclesia & Academia Holstatica primarius, in eo erit admitteturque, vt Articulorum Smalcaldicorum partem tertiam, ea, qua coepit, methodo rationeque tractandi & pleniore & accuratiore, quam primum poterit, ad finem perducat, & quicquid semestri isthoc hiberno supererit temporis, Diui Friderici II. Danorum Regis, Articulis, iisque pro recipiendis admittendisque peregrinis ac hospitibus numero XXV. a. 1569. euulgatis, perapte diligenterque explanandis, promissi nimirum, vt par est, fidem liberaturus, impendat. Ecquid de caetero priuatis operis, congressibusque, vt vocant, collegialibus, nec sine fructu, quod sperat, reique sacrae pariter ac litterariae commodo, praestiturus sit, publico propediem programmata significabit. Docet publice ab hora X.

MARTINVS FRISIUS, D. S. Theologiae Prof. ord., h.t. facultatis theologicae Decanus, & academie PRO-RECTOR, nouissime orationem habuit solennem de Spicilegio praeiudiciorum circa principia hermeneutica. Publice absoluit hoc

anno partim institutiones suas hermeneutico-homileticas, necessariis regulis, exemplis, cautelis & obseruationibus illustratas, partim quoque exegesis suam in VI priora capita, & dimidium septimi, epistolae ad Ebraeos: cuius, nempe epistolae, vltiorem explanationem posthac non saltem diligenter persequetur, sed & pariter quoque cl. Rambachii hermeneuticam sacram exponet, proque re nata augebit. Priuatim ad finem perduxit commentationem suam in utramque partem Augustanae Confessionis, vbi, prater alia, dictu explicatique necessaria, etiam omnes & singulos antiquiorum Theologorum loquendi modos ab instantiis aduersariorum vindicauit: Nunc vero priuatim quoque occupatus est in exponendo suo, de fundamentis theologiae theticae, libello, quem breui auftiorem, pluribusque obseruationibus exegeticis & polemicis instructiorem reddet. Denique orationes & dissertationes suas academicas, quamprimum ob reliquos graviores labores id fieri possit, publico exhibebit, hac instrutas inscriptione: (Anacrisis theologica). Docet publice hora XI. priuatim hora IX.

PAVLVS FRIDERICVS OPITIVS, SS. Theol. Graec. & Orientt. Lingg. Prof. Publ. Ord. a REGIA SVA CELSITV-DINE ad Professionem Theologiae tertiam Clementissime nuper vocatus, tanti gravitatem munera auspicatus est solemini Oratione de Messe Euangeli ad locum Ioh. IV. 35. Idem ad diem XXV. Iunii in Memoriam Augustissimi Ecclesiarum nostrarum Symboli, exhibitae Augustanae Confessionis inuariatae, publice verba fecit de Hostium Veritatis, nuperisque Whistoni Ausibus in subuertendo Ecclesiae propugnaculo, Scriptura sacra. Atque ita ad ipsam sanctioris doctrinae explicacionem accessit, ex desiderio Auditorum fundamenti loco sub-

scriptis  
M 47 ab Hos.  
manus Prof. Thol.  
expedita

M 15

sternens Compendium Baierianum, cuius primam partem bono cum Deo ad finem fere perduxit, eadem, qua coepit, methodo in posterum perrecturus, atque intra anni spatium, totum, si fieri possit, opus absoluturus. Docet publice hora post meridiem tertia.

## IN ORDINE IVRIDICO.

STEPHANVS CHRISTOPHORVS HARP-PRECHT. JC. ET RELIQUA. prout haec tenus duplicato labore Collegarum defectum supplere studuit, ita & in posterum, quoad hic erit, officio suo rite defungi conabitur. Docet publice hora II.

IO. ZACHARIAS HARTMANNVS, I. V. D. & P. P. O. praeuia oratione auspicali Scholas publicas Iuris publici Romano Germanici praeeunte B. Cocceio aperiet, priuatas praelectiones propediem indicaturus. Docet publice hora X.

## IN ORDINE MEDICO.

WILHELMVS HVLDERICVS ~~WALDE~~ SCHMIDDE Medicinae Doct. Prof. Primar. Facultatis Decanus & collegii Chirurgorum Praeses, elapso semestri in tradenda medicina forensi ad Teychmeyerij institutiones, officio clementissime demandato satisfecit, & labore huncce penitus absoluit. Per instantem hiemem partium corporis humani structuram publice explanabit, & simul usum earundem, atque adeo integrum physiologiae medicae, & oeconomiae animalis historiam, manuducente imprimis B. Bohnii circulo anatomico physiologico absoluet, non omissis recentiorum anatomicorum siue inuentis, siue placitis. Docet publice ab hora IX.

## EX ORDINE PHILOSOPHICO.

PAVLVS FRIDERICVS OPITIVS , Graec. & Orientt.  
Lingg. Prof. Publ. Ord. & Ordinis Philosophici h. t. Decanus,  
elapso semestri spatio, quod de Antiquitatibus Relandi adhuc  
restabat pensum, ad finem tandem perduxit, totumque adeo  
opus bono cum Deo feliciter absoluit. Iam vero rogatu Au-  
ditorum ad praescriptum B. Pfeifferi Criticam tradere sacram  
instituet, docebitque, quomodo vesanis Bibliomastigum co-  
natibus obuiam sit eundum. Priuatis scholis fundamenta ex-  
posuit sanctioris Linguae, nec ulla in re suam desiderari ope-  
ram patietur. Docet publice hora post meridiem IIIia.

WILHELMVS HVLDERICVS WALDE  
SCHMIDET, Med. Doct. physices experim. Prof. ordin.  
pauca quae ad physicam experimentalem Loescheri commen-  
tanda restant, propediem absoluet, postea vero tale sys-  
tema explicandum sibi sumet, quale e re ac emolumento Do-  
minorum Commilitonum esse iudicabit. Quin & collegium  
privatum experimentale physicum aperiet, simul ac auditio-  
rum numerus erogandis sumptibus par erit.

SEBASTIANVS KORTHOLTVS, Eloquentiae et Poe-  
seos Professor ordinarius, proximo semestri spatio quae de  
cognitione scriptorum dicenda restabant ad exitum perdu-  
xit, publicataque dissertatione, de impedimentis, quo minus  
eloquentia Romana in academiis Germanicis pro merito nunc  
explendet, ad ductum cl. viri Ioannis Schefferi, de stilo et  
illius exercitiis disseruit publice, eiusdemque gymnasium sti-  
li, seu de vario scribendi exercitio opusculum priuatim ex-  
planare, et observationibus suis illustrare coepit. Habuit  
etiam

etiam orationem solemnem publico Academiae nomine, con-nubio auspicatissimo regii celsissimique Principis CAROLI FRIDERICI, et augustissimae Principis Caesareae ANNAE PETROVNAE consecratam, eamque imprimi curauit. Nunc in eodem campo perget decurrere, et muneris sui nullas vñ-quam negliget partes, et nullum frugi doctoris officium praetermittet. Docet publice ab hora III.

FRIDERICVS GENTZKENIVS, Phil. prim. & artis ratioc. Prof. Ordinar. in nuper edito de *varia metaphysices fortuna* programmate demonstravit, metaphysicam doctiorum vsu esse disciplinarum specialium, in primis *ontologiae, theologiae naturalis & pneumatologiae* complexum. Has itaque per hoc semestre in recitationibus publicis studiosae iuuentuti tradere constituit, initium facturus a prima metaphysicae parte, quae *doctrinam vniuersalium* exhibet. Priuatim vero in tradendis *sapientiae practicae* partibus sedulo est occupatus, in que nonnullorum gratiam *philosophiae historiam* secundum praecepta libri sui denuo editi ac illustris Leibnitii vita & dogmatum fundamentis adiuncti exponet. Docet hora post meridiem II da.


FRIDERICVS KOSIVS, Mathematicum Prof. Ordin. perducta ad vmbilicum *Historia Matheos*; exorsus est cum semestri proxime superiori Cursum Mathematicum, vt vocant, quam in rem *Io. Christ. Sturmii Matheos Iuuenilem* commen-tationibus ordinariis explanandam sibi sumvit. Et vt publice Theoriam complexus est praeceptionibus: sic priuatim has studuit applicare, & usum earum exercitiis practicis ostendere. Eodem tenore primum perget, donec, quod pree manibus est, publice priuatimque absoluatur: neque interea deerit cuiquam, qui

qui alia in mathematicis ab ipso desiderarit. Docet publice hora IXna.

PHILIP. FRID. HANE, Hist. Eccl. & profan. Prof. Publ. Ord. a REGIA CELSITUDINE, Principe ac Domino nostro clementissimo nuper vocatus, demandatum sibi vtriusque historiae munus ante hos tres menses oratione solenni, *de Principe & in sui temporis & superioris aeu historiæ illustri*, auspicatus est, atque ex illo tempore in publicis recitationibus *Praecognita tradidit historiæ*, nouissimo motuum Thoruniensium exemplo diligentius illustrata. Hinc ad explicandum Viri Cl. 10. Clerici Compendium Hist. Vniuersalis, quod captui auditorum suorum utilissimum iudicauit, inoffenso perrexit pede; quem laborem per hoc semestre spatum porro continuabit. Priuatis scholis coepitas iam ante in Buddeanam philosophiam commentationes strenue vrsit, tandemque bono cum Deo ad finem perduxit. In posterum non deerit illorum desideriis, qui Historiae Ecclesiasticae solidiori cognitione priuatim se imbui cupiunt; vti & Historiam Imperii Romano-Germanici selectioribus quibusdam ingenii se traditurum, fidem iam fecit. Docet publice hora post meridiem IV.







12. MRZ. 1962  
4. APR. 1962

26. MAI 1962  
- 5. NOV. 1962

22. FEB. 1964

Arch 4 272 -2

Universitätsbibliothek Kiel  
8\$0 00 242 592 0




12. MRZ. 1962

4. APR. 1962

26. MAI 1962

- 5. NOV. 1962

22. FEB. 1966



## IO. CAROLVS HEN

Fidem, quam in proximo lecto pleuit. Nam praecepit anno ex effectum ciuilium matrimonii a quo disputauit. In publicis horis S quae usus forensis tuetur hodie ius Naturae ad negotia ciuilia a fio duce, exposuit; priuatissimam prouinciam Slesuico-Holsatiam strauit, nil quidem prius & antea patriae Themidi litare operam est argumentis eius & grauitatibus. Quod propositum hre secum constituit, tam in partibus Romani & Germanici ad oratione, quam in priuatis lectione.

PVTERI, Antecessoris Goetius Germanici explicabit. Nec de

tatoriis, & Fridericianam differens Cimbrici & Holsatici varias

prelo ea exierit, placidae secu

fubiicit.

## EX ORDINE.

### D. GOTTL. HENRICI

Cæsareæ Celsitudinis Consiliarius Professor & h. t. Decanus, Collegiæ Imperialis Nat. Cur. Colle semestri hoc spatio, ad ductum RI generalem & specialem absolvi reliquas, ad Medicinam theoram interpretabitur aestivo. Docet

## DREYER, D.

re dederat, ex-anico de termino-  
ciano praescri-  
nici argumenta,  
tatus; priuatis  
PVFENDORF-  
constitutionem  
nationibus illu-  
habens, quam  
re, quae digna  
e sese commen-  
semestri preme-  
us historiam iu-  
neationis Bey-  
ous I o. STEPH.

elementa iuris  
nationibus dispu-  
meditationes in-  
, breui ex quo  
um inquisitioni

## CO.

### JEGIESSEN,

ordinis sui primus  
ci Præses & Aca-  
demiæ Illitus, elapsi  
ii HAMBERGE-  
am; partes vero  
ientes, tempore  
iatutina VII.

## EX

